mandatorum sicut ipse in tam
pio opere nolebant sabbatum
violare p preparationem vngēti
Secundo q mane venerūt·vis
enī amoris nō sinebat eas tar
dare·Quia dicit salomon·Qui
mane vigilauerint ad me inue
nient me·Et pie credendū q
tota nocte parauerunt aroma-
ta nichil dormientes·Tertio q
venerūt vngere corpus ihū nō
se ornantes·pingētes·vngētes
sed heu hodie multe faciūt sci-
lic& meretrices facies suas vn-
gentes vt animas virorū allaq
ât·Vngimus aūt corpus xpi q-
ciens necessitatē paupū p opa
misericordie releuam⁹·Si sic fece
rimus ipsas imitantes vna cū
discipulis ihesum in gallilea·i·
transmigrādo d vicijs ad virtu-
tes in celesti transmigratione de
hoc exilio merebimur pduci·s
heu non omnes de vicijs ad v
tutes·sed ecōtra de vtutib⁹ cō
gregatis p hanc q̄dragesimam
ad vicia peiora relabuntur scilicȝ
ad gulam incontinenciā ad sup
biā·gaudentes de fine q̄drage
sime·hij nō pascha id ē transitū
celebrant·sed pcipiciū ɀ relap
sum·sicut canes reuersi ad vomi
tum suū·Nos vero nō sic s sic
tpa leticie recolam⁹·vt animas
nr̄as leticijs spūalib⁹ nō spolie
mus·vt ihesū post hanc vitaȝ
securi vidē meām·Qd nob pre
stare dignet ihesus xp̄s·ꝛc·

Fia 2.

DVo ex discipulis ihesu·
ibāt·Lu·vl·In hac letis
sima ac saluberrima pa
schali solēnitate sāc euāglia re-
citant·q tpe pmie eccie fidē facē
poterant de vitate resurrectōis
xpi qd tūc necessariū fuit·quia
difficilior articul⁹ fidei ad credē
dū fuit articulo resurrectionis·
Ideo p multa argumēta ɀ lon
ga tempa·scȝ p·xl·dies opor
tuit eum pbare·scȝ visu·tactu
gustu·ɀ auditu·Modo vero fid
les certi de illo articulo nō tam
de fide q̄ȝ de moribus emendan
dis sunt instruendi·quia nō est
necessaria medicina vbi vuln⁹
nō habet locū·hodiernum euan
geliū historiā ponit que hester
no die de sero facta est·Et ostē
dit duplicē apparicōnem cristi·
ipo die pasche factā scȝ duob⁹
discipulis et petro·Et q hysto
ria in se melliflua ɀ prolixa est
ideo pstringenda est·quia per
se edificat auditores·In q euan
gelio tria tanguntur·Primo ar
dens desideriū discipłorū de ve
ritate resurrectōnis dubitāciū
Secūdo q tale desideriū frustra
ri non potuit·Ideo sequitur in
structio xpi p quam dubitatio
illa est soluta ibi·O stulti et tar
di corde·Tertio pfecta ɔgnicō
de cristi resurrectōne ibi·Et in
trauit cum illis·ꝛc·Quātum ad

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-510/0144
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG